5829 Ferentini rep. 14 Febr. 1851 sub clivo, in quo est n. 5853. Extat in museo publico.

in antica:

T · PONTIO · T · F · PAL ·
SABINO
P · P · II · PROC · PROVINC
NARB · IIII VIR · I · D · QVINQ
urceus FLAMIN · ET · PATRON patera
MVNICIPI
VALERIA · L · F · PROCVLA
V X O R
L D D D

in postica:

T · PONTIVS · T · F · PAL · SABINVS
PRAEF COH · I · PANN · ET · DALMAT
EQ · C · R · TRIB · MIL · LEG · VI · FERRAT
DONIS · DONATVS · EXPEDITIONE · PAR
THICA · A · DIVO TRAIANO · HASTA PVRA
VEXILLO CORONA MVRALI 7 · LEG · XXII
PRIMIG 7 · LEG · XIII GEMIN · PRIMVS · PI
LVS · LEG · III · AVG PRAEPOSITVS · VEXILLA
TIONIBVS MILLIARIS · TRIBVS EXPEDI
TIONE BRITTANNICA · LEG VII GEMIN
VIII · AVG XXII · PRIMIG · TRIB · COH · III
VIG · COH · XIIII · VRB · COH · II · PRAET
PP II PROC · PROVINC · NARBONENS
IIIIVIR · I · D · QVINQ FLAMEN · PATRON
MVNICIPI

Recognovi descriptam a Giorgio, qui ed. *Bull. dell' inst.* 1851 p. 135. Henzen 5456.

Fortasse non extat secundum exemplum statuae basis, quae eiusdem hominis duos titulos habeat, alterum tertio casu forma dedicatoria, alterum casu primo forma elogii. Hic ita conceptus est: *T. Pontius T. f. Pal. Sabinus praef(ectus) coh(ortis) I Pann(oniorum) et Dalmat(arum) eq(uitatae) c(ivium) R(omanorum), trib(unus) mil(itum) leg(ionis) VI ferrat(ae), donis donatus expeditione Parthica a divo Traiano hasta pura, vexillo, corona murali, (centurio) leg(ionis) XXII primig(eniae), (centurio) leg(ionis) XIII gemin(ae), primus pilus leg(ionis) III Aug(ustae), praepositus vexillationibus milliaris tribus expeditione Brittannica leg(ionis) VII gemin(ae), VIII Aug(ustae), XXII primig(eniae), trib(unus) coh(ortis) III vig(ilum), coh(ortis) XIIII urb(anae), coh(ortis) II praet(oriae), p(rimus) p(ilus) II, proc(urator) provinc(iae) Narbonens(is), IIII vir i(ure) d(icundo) quinq(uennalis), flamen, patron(us) municipi.* Ordo munerum in quibus et cur a sollemni recedat, hic exponi non potest. Videntur vere, ut monui Ephem. epigr. IV p. 285, ad tempora enumerari, cum expeditio Britannica omnino sit Hadriani; id si ita est, Sabinus equestribus militiis perfunctus et equestribus donis donatus deinde ex equite centurio factus ita denuo ad alteros honores equestres pervenit. Egit de titulo Borghesius *Bull.* l. c. = opp. 8 p. 282 seq.

5830 Ferentini rep. cum nova ecclesia cathedralis facta est.

IVS · T · F · PAL
VS.// TRIVM
vir /// I · PAtER
sABIN/ F · SO

Giorgi descripsit.

Fortasse filius praecedentis triumvir a. a. a. f. f., cui in adulescentia defuncto pater memoriam fecit. Soror eius videtur fuisse Pontia T. f. Sabina tituli sequentis.

5831 Ferentini in D. Iohannis ac Pauli SMET. BARTH. In hortis episcopi ALEANDER similiterque HOARE, ibidemque adhuc. — *Trovata fuori di Roma, raccolta dall' osservantia delle cose Colotiane* LIGOR. Taur. 8.

Q · CAECILIO · Q · F
AN · OPTATÍNO
PRAEF · COH · I · AQVI
TÁNOR · EQVIT
PONTIA · T · F · SABI
NA MATER
FLAMINICA
L D D D

Recognovi. Smetius cod. Neap. p. 164, ed. 81, 6 (inde Waelscapple f. 28; Ligorius inter Metelliana Vat. 6034 f. 20, ms. Taur. 8 et 26 f. 13'; Panvinius Rom. p. 345; Manutius orth. 118, 16; Grut. 534, 4 ex Smetio); Pighius ms. Luzac. p. 241; frater Bartholomaeus a. 1565 (inde Gori cod. Marucell. A. 6; Donat. 280, 3 ex schedis Gorianis); Aleander iunior cod. Marc. XIV, 29 f. 405; Hoare *class. tour* 1, 310; Marocco 5, 81; inscr. Ferentin. a. 1843 n. 8. Commemorat Giorgi *Bull. dell' inst.* 1851 p. 136.

In latere cernitur inscriptio medii aevi.

5832 Ferentini in aede Hippolyti POMPON.; in S. Iohannis et Pauli cathedrali templo SMET. et POSTERIORES. Alatrii in hortis episcopi AMADVTIVS, EGO.

C · IVLIÓ · C · F · PVB · RVFÓ
VETERÁNO · COH · VI · PR
Ɔ · AQVILII · MAXIMI
PRAETORI · AÉD · IIII · VIRO · I · D
MVNICIPIÓ · ALETRI
C · IVLIVS · C · F · RVFINVS · FRATRI
BENE · MERENTI · ET · SIBI · POSTERISQVE · SVIS

Recognovi. Ex antiquis habet unus Pomponius Laetus apud Gammarum f. 73 n. 140. Deinde descripserunt Smetius cod. Neap. p. 206, ed. 81, 5 (inde Waelscapple ms. f. 28; Ligorius inter Metelliana Vat. 6034 f. 24', Taur. vol. 8 et 17; Panvinius Vat. 6035 f. 86', Rom. p. 522; Manutius orth. 688, 19; Pighius cod. Luzac. p. 245; Sigonius de ant. iure Italiae l. 3 c. 3 f. 116 *b* a Panvinio; Lipsius ms. f. 18. 20; Grut. 424, 7 'descripserunt Smetius et Metellus', id est ex Smetio ed. et Vat. 6034) et frater Bartholomaeus et Aleander iunior cod. Marc. XIV, 29 f. 405. Habent item Amadutius in syll. inscr. ms. bibl. Savignanensis et Marocco 4, 119 Aletrinatium n. 3 et Giorgius, cui descripsit a. 1850 canonicus Martini. Orelli 3785.

5833 Ferentini apud Giorgium.

TR Ib
CCh
FILI

Descripsi.

5834 litteris aevi sequioris parum aequalibus. Ferentini rep. a. 1844 sub clivo in quo est n. 5848, deinde apud Bonum, hodie in foro.

C · ANICIVS
PERA
BASIM VETVSTATE
CONSVMPTAM ORDO
DECVR RESTITV
CENS

Recognovi. Giorgius inter Secchiana n. 14 et *Bull. dell' inst.* 1859 p. 41 (cf. 1850 p. 146).

LXIII. CASINVM (p. 509. 979).

ad n. 5186. Donius ms. Neap. p. 143 'descripsit Nico. Haut-Buisson'. Legit 1 TERT·N, 2 IIIVIR·I·DECEMVIRQVE.

ad n. 5206 pro *certi ac* scr. *certae*.

ad n. 5263. Dele; est supra n. 4838.

8382—85 *a greco di Santelia nella chiesa rurale di S. Maria Maggiore nel pavimento di musaico.*

8382 *pont*|IFEX   8383 |C · F · OV|*f* / |E N T O| 8384 |VIV| 8385 |I C| / *uixi*|T AN|*n*

Marcus Lanni in actis Casertanis 1882 p. 126.

8386 Valleluce rep. ibi ubi est n. 5252.

ΘL^o · C

Marcus Lanni in actis Casertanis 1881 p. 89. 1882 p. 113.

LXVI. AQVINVM (p. 509. 979).

ad n. 5454. Dele; Ostiis descripta est a Peruzzio (Lanciani *bull. munic.* 1882 p. 167), relata etiam apud Panvinium Vat. 6026 f. 65 (inde pendet Malvasia p. 486).

LXVII. FABRATERIA NOVA (p. 546).

8386*a* rep. a. 1882 *in tenimento di Arce* in praedio doctoris Caroli Magno.

D · M
POMPONIAE · PRISCAE
C · FABRATERNVS · PRIMITIVVS
CONIVGI
KARISSIMAE
ET
T · POMPONIVS · SECVRVS
LIB · ET · HERES

Iannelli *Commissione di Casertas* 1882 p. 185. 192. Maritus redit n. 5592.

LXIX. FRVSINO (p. 554).

8387 locum neuter auctor enuntiat; collocat titulum inter Frusinates duos LAETVS, post Ferentinatem n. 5853, cui locus adscriptus est, ante relatos loco non adscripto Frusinatem n. 5666 et Ferentinates n. 5839. 5837 OSCOTT. Frusinatem esse, quod antea suspicatus eram, iam reperto altero teste satis constat.

D · M · S
P · CARBETANIO · RVFO · EQ · R
MAGISTRO · IVRIS · CARBETANIA
MAXIMA · PATRI · PIISSIMO · IN · RE · SVA · F

Pomponius Laetus apud Gammarum f. 58 (inde pro notitia dedi n. 690*, ubi vide, deditque pro urbano Henzen vol. VI n. 1602); codex Oscottiensis saec. XVI.

In vv. dividendis duo auctores eatenus consentiunt, quod quintum v. a SVA incipit Gamm., a RE Oscott. — 1 S om. Oscott. — 2 CARBETANIO (corr. ex CARBEATIO) Gamm., CARBETANO Oscott. — E·Q·R Gamm., F·Q·R Oscott. — 3 TVRIS Oscott. *Magister iuris* ut exemplis non defenditur, ita per se videtur posse tolerari.

LXXIII. SORA (p. 560).

ad n. 5736. Dele; est urbana Grut. 724, 3.

LXXVII. FERENTINVM (p. 572. 982).

ad n. 5820. Ex Sirmondi schedis, excerptis opinor ex Ligorianis, edidit Brotier ad Tacitum 15, 53 (vol. 2 p. 502 ed. Paris. 1771).

ad n. 5821. 5831. 5832. 5847. 5853. Quinque hae inscriptiones Ferentinates exhibentur in tabula delineata n. 2102 musei Florentini, quam qui ei praesunt dubitanter tribuunt Antonio Dosio, fortasse vere proficiscitur a fratre Bartholomaeo a S. Marco; certe loci indicatio n. 5821 apud hunc totidem verbis redit. Quinta n. 5853 legitur etiam in tabulis eiusdem musei, quae adscribuntur Silvestro Peruzzi pictori cum eadem praescriptione, quam ex fratre Bartholomaeo attulimus.

ad n. 5838. Robertus Bassel architectus hoc anno (1883) data opera aedificia denuo dimensus Tuccianas mensuras veras esse invenit, Garruccianas ubi ab iis discedunt falsas omnes.